

niam tem (a), quo ea causa tu abieras, vocare, licet incassum, labo-
rasti! (1). tu igitur, vir prudens, tu integer et constans, qua ratione
nescio, propositum abiecisti tam fixum et tocis iactatum tum in
comuni sermone cum omnibus, tum in disputacione cum viro gra-
5 vissimo Colutio, tum quod eciam tua, quam nunc diximus, seces-
sione comprobaras (b). at, ne consignatis tabellis tecum me agere
feras impatiencius, hec missa facio. ad id venio, quod in omnibus
disputacionibus solet esse maximum et videri: id est, in utrunque
partem disserere, collatisque rationibus illud eligere quod verosi-
10 milius videatur. ita fiet ut e duabus sentenciis, quarum altera fugam
pestilentie suadet, altera dehortatur, utra sit vero proximior agno-
scamus, idque prope tangamus atque, quod in proverbio est, pal-
pemus manu. ut autem a tuis sumamus initium, que te ducunt
ut fugam improbes, hec fere sunt: providentiam divinam falli non
15 posse; apud illam ante secula prescitur quo tempore, quo eciam
loco, quo ordine et numero sit cuique moriendum. huc igitur
fugias an illuc, hac tendas an illac, disposicio fixa non tollitur,
non fallitur, non mutatur. maneas, abeas, non ideo alioquin fiet
quam futurum est, quod ipsum quemadmodum aliquando fieret
20 penes Deum constitit ab initio. stultum est ergo (c) mortem vitare
quam vitare non possis; divine vero statuicioni contraire stultissimum.
hec et alia pleraque in eandem sentenciam tu more tuo,
eleganti illo quidem et proprio, nos nostro deprom(p)simus et, ut
res tulit, summatis et carptim. nunc intueamur quam hec firma-
25 sint, quam efficacia. precepta retorum nosti, inter que et illud
tradunt: ex modis viciorum argumentationis unum esse, si sit com-
munis, ut nichilo magis ei qui hanc attulerit quam adversario liceat
uti (2). eiusmodi, si consideres, hanc videbis esse, qua et is cui

(a) *M Miniacum* (b) *M cum probandas* (c) *M stultum ergo*

(1) Cf. le parole rivolte al Chelli da Coluccio (*loc. cit.*, vol. II, p. 92): « si ergo statutum est quantum hic vivere debeamus, crede michi, nec vitam adimit in loco pestilentie degere, nec a morte defendit, quod maxime creditis, pestis tempore ad loca salubria commigrare; nisi forte Deum, quod ridiculum est dicere, creditis futura

« non fixe sed conditionaliter ordinare, « quasi Deus sic enuntiet: si manebit Antonius in patria hoc tempore pestilero morietur; sin autem in oppidum se Sancti Miniatis Florentini reduxerit, non morietur. non esset hoc iam futura disponere, sed potius sub incertitudine contingent relaxare ».

(2) [Cic.] *Ad Herren*. I, vii, 11.

seguirlo nella sua fuga a San Miniato.

Antonio dunque, uomo costante, ha ora mutato quel suo fisso parere tanto decantato e tradotto poi in atto.

Ma, lasciando questo, vengano alla disamina della questione,

affinché riesca chiaro quale delle due sentenze opposte sia più vicina alla verità.

Le ragioni per cui Antonio biasima la fuga son queste: la prescienza divina è infallibile; e l'ora della morte è per ciascuno stabilita ab aeterno.

È stolta cosa quindi fuggir la morte; più stolta ancora, l'opporsi all'ordinamento divino.

Badi però Antonio che questo ragionamento non è conclusivo, giacchè l'avversario può provare che la fuga non è biasimevole: